

Nostis fratres et sepiissime audistis in euangelio dominum dicere: Sinite pueros venire ad me: talium est enim regnum celorum. Et iterum: Si quis non receperit regnum dei sicut puer: non intrabit in illud: et multis alijs locis dominus deus noster singulare humilitatis exemplum: superbia veteris hominis ad innouandam humiliter vitam similitudine puerilis etatis accusat. Quapropter carissimi cum catere audis in psalmis: laudate pueri dominum: ne arbitremini ad vos istam exhortationem non pertinere: quia iam corporis puericiam supergressi: vel iuuenili decore virefcitis: vel senili honore canescitis. Omnibus enim vobis dicit Apostolus: Nolite effici pueri sensibus: sed malicia paruuli estote: ut mentibus perfecti sitis. Quia malicia maxime nisi superbia: Ipsa enim de vana granditate presumens non sinit hominem ambulare per artem viam: et intrare per angustam portam. Pueri autem facile intrant per angustam portam: et ideo nequam nisi ut puer intrant in regnum celorum. Quid autem superbie malicia deterius que propositum non vult habere nec deum: Nam scriptum est: Initium superbie hominis apostatare a deo. Hanc se aduersus precepta diuina tumidis ceruicibus erigente et suauis iugo domini resistentem: deijcite: frangite: comminuite atque consumite. Et

Expositio psalmi.

Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. Illa enim prostrata et extincta: Ex ore infantium et lactentium proficitur laus: illa oppressa atque deleta: Qui gloriatur in domino gloriatur. Non cantant ista qui se magnos putant: non cantant ista qui cognoscunt deum: non sicut deum glorificauerunt: aut gratias egerunt: Se laudant illi non deum: Non enim pueri sunt: nomen suum potius predicare volunt: et non laudant nomen domini. Itaque euauerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipiens cor eorum: et dicentes se esse sapientes: stulti facti sunt. Voluerunt latissime nomen suum et altissime diffamari: cito ipsi in angustias transibunt. Bess decet: dominum nostrum decet: et semper et vbius predicari. Semper et predicetur. **Sit nomen domini benedictum ex hoc et usque in seculum.** Vbius predicetur. **A solis ortu usque ad occasum: laudate nomen domini.** Querat ex me aliquis puerorum sanctorum laudentium nomen domini: et dicat mihi: Ecce usque in seculum accipio usque in eternum. Cur autem ex hoc: et non ante hoc: et ante omnia secula sit nomen domini be-

Alia lra.
laudabile.

nedictum: Respondebo puulo qui non stumaciter querit. Vobis dicit pueri dominici vobis dicitur: Laudate nomen domini: sit nomen domini benedictum. Sit a vobis nomen domini benedictum: ex hoc vtiq; ex quo vobis dicit: Incipitis enim laudare: sed sine fine laudate. Ex hoc ergo et usque in seculum sine fine laudate. Ne dicatis: incipimus quidem laudare dominum: quia pueri sumus: sed cum creuerimus magnius fuerimus nos ipsos laudabimus. Non sic pueri: non sic: Propterea dicit dominus per Esaiam: Ego sum et usque dominus senescatis ego sum: Ille se laudans est qui est. Laudate pueri dominum ex hoc. Laudate senes et usque in seculum: quia senectus vestra albefcet quidem carnis sapientie: sed non carnis vetustate marcescet. Aut quoniam hoc loco humilitatem potius videt significare puericia: cui omnia est vana et falsa superbie magnitudo: et ideo dominum non nisi pueri laudant: quia superbi enim laudare non norunt. Sit senectus vestra puerilis: sit puericia senilis: id est ut nec sapientia vestra sit cum superbia: nec humilitas sine sapientia: ut laudetis dominum ex hoc et usque in seculum. Quacumque autem in puulis sanctis ecclesia christi diffundit: Laudate nomen domini: hoc est enim: A solis ortu usque ad occasum: laudate nomen domini. **Excelsus super omnes gentes dominus: Bess boies sunt.** Quid mirum si super boies excelsus est dominus: Illi super se excelsos quos colunt oculis videt in celo fulgere solem: et lunam: et stellas: cui creature seruunt deserentes creatorem dominum. Et non solum excelsus super omnes gentes dominus: verum etiam **Su per celos gloria eius.** Celi super se suscipiunt eum: et humiles cum secum habent constituti carne infra celum: qui pro illo non colunt celum. **Quis enim sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit:** Quisquam putaret quod in altis celis habitet: vnde humilia terra respiciat. Sed humilia respicit. In celo et in terra: In quibus quae altis habitat vnde humilia respiciat in celo et in terra: An in quibus altis habitat etiam ipsa humilia respicit: Sic enim exaltat humiles: ut non faciat superbos. Itaque et in altis habitat quos exaltat: facitque sibi eos celum: hoc est sedem suam: et eos tamen non superbos: sed spiritus subditos. Intuendo etiam in ipso celo humilia respicit in quibus excelsis habitat. Spiritus enim per Esaiam ita loquitur: Hec dicit altissimus in excelsis habitans in eternum nomen eius dominus altissimus in sanctis requie habes. Exposuit quod dixerit in excelsis habitans. Hoc enim plene elocutus: in sanctis inquit requie habes. Sed qui sunt sancti: nisi humiles

Alia lra.
t. c.

q̄ pueri laudat̄ dñm: Itaq̄ adiūgit z pusil
lanimis dās magnanimitatē: z dās vitā q̄
in hūilitate cordis s̄. In qb̄ sc̄tis req̄ez bz
his pusillanis dat magnanitatē. Bās vti
q̄ magnanimitatē excelsos fac̄: i qb̄ req̄ez
habēs in excelsis habitat. S̄z qz pusillanis
dat magnanimitatē: eadē excelsa i qb̄ ha
bitat hūilia respicit. S̄z hūilia inq̄t respicit
in celo z in terra. Excitauit nos etiā q̄rere:
vtrū eadē in celo q̄ in terra: an alia in celo
alia in terra hūilia respiciat dñs d̄ noster.
Si em̄ eadē video quēadmodū hoc intel
ligā fm̄ Aplm̄ dicentē: In carne ābulātes
nō fm̄ carnē militamus. Arma em̄ militie
nostre nō carnalia: sed potētia deo. Un̄ q̄
potētia: nisi qz spiritualia: Cū itaq̄ Ap̄ls
z in carne ambulet: z sp̄ūaliter militet: non
mirū si hūilitas ei⁹ z in celo respicit p̄pter
spiritus libertatem: z in terra propter cor
poris seruitutē. Idez q̄ppe alio loco dicit:
H̄ra em̄ p̄uersano in celis est. Ipse itē di
cit: optimū sibi esse dissolui: z esse cū chri
sto: manere aut̄ in carne necessariū inquit
p̄pter vos. Proinde q̄squis intelligit z cō
uersionē apl̄i in celis: z in carne mansio
nē in terris: s̄ oportet intelligat dñm deuz
nostrū in excelsis sancti habitatē: quēad
modū tñ eodē sc̄tōs hūiles sibi z i celo re
spiciat: qm̄ q̄ sursum sūt sapiūt q̄ spe resur
rexerūt cū ch̄risto: z in terra: qm̄ nōdū solu
ti sunt carnis vinclo: vt ex tota vita sua pos
sint esse cū ch̄risto. Si vero alia dñs d̄ no
ster humilia respicit in celo: z alia in terra:
credo qd̄ in celo iā respicit quos vocauit z
habitat in eis: in terra autē respicit q̄s vo
cat vt habitat in eis. Istos em̄ possidet cele
stia cogitātes: illos excitat terrena somniā
tes. Sed qz difficile obtinem⁹: vt possint z
ipsi iam hūiles dici qui nondū suauis iugo
dñi pia colla iunxerunt: q̄nquidē humilia
isto loco vt sanctā eccl̄iam intelligam⁹ per
totū textū psalmi diuine admonēt littere.
Est ali⁹ z itellect⁹ quē mecū caritas v̄sa p̄si
deret. Celos nunc significari arbitror eos
q̄ sedebunt super duodecim thronos z cū
domino iudicabunt: terre autē nomine ce
terā multitudinem benedictorū qui consti
tuētur ad dexterā: vt p̄ opera misericordie
collaudati recipiātur ab eis in tabernacu
la eterna: quos amicos sibi de māmōna in
iquitatē in huius vite mortalitate fecerūt:
Eis quippe dicit Apostol⁹: Si nos vobis
spiritualia seminauim⁹: magnū est si vestra
carnalia metam⁹: Quibus his verbis dici

pōt. Si nos vob̄ celestia seminauim⁹: ma
gnū est si terrena vestra metam⁹: In celo q̄
respicit celestia seminātes: in terra aut̄ ter
rena reddentes: tñ humiles z hos z illos.
Humilia. n. respicit in celo z in terra: quia
meminerūt vtriq̄ qd̄ fuerint p̄ suam mali
ciā: quid facti sūt p̄ dñi gratiam. Neq̄ em̄
illis tantūmō dicit vas electionis: Fuis
tis em̄ aliq̄n nenebre: nunc aut̄ lux in dño. Et
iterū: Gratia salui facti estis p̄ fidez: z hoc
nō ex vobis sed dei donū est: nō ex opib⁹:
ne forte q̄s extollatur: sed etiā seipsum ad
iungit p̄sequēter dicēs: Illus em̄ sum⁹ si
gmentū creati in operib⁹ bonis. Bicit etiā
seorsum de se z ipsis qui respiciūtur in ce
lo. Fuim⁹ em̄ inquit z nos naturaliter filij
ire: sicut z ceteri. Et iterū: Fuim⁹ em̄ z nos
inquit stulti aliq̄n z increduli: errātes: serui
entes desiderijs z voluptatib⁹ varijs: in ma
licia z inuidia agentes abominabiles: in
uicē odio habētes. Cū autē benignitas z
hūanitas illuxit saluatoris domini nostri:
nō ex operibus iusticie que fecimus nos:
sed fm̄ suam misericordiā saluos nos fecit
p̄ lauacrum regenerationis. Ecce humi
lia que respiciunt in celo: spirituales em̄
sunt z omnia iudicant: sed tñ humiles ne
deiecti iudicētur. Quid de seipso singula
riter: Nōne talia sunt que commemorat:
Qui non sum inquit idoneus vocari apo
stolus: qz p̄secutus sum ecclesiam dei: sed
misericordiaz consecutus sum: qz ignorās
feci in incredulitate. Beniq̄ post istos ver
sus quibus ait in psalmo spiritus: Quis si
cut dñs deus noster qui in altis habitat: z
humilia respicit in celo z in terra: volēs do
cere nos quare in celo humilia cū iam spi
rituales magni: z iudiciarijs sedib⁹ digni:
tali significētur eloquio: Subiecit statim.
**Qui erigit a terra inopem: z de
stercore exaltat paupere. Et col
locet eu cū principibus: cū princi
pibus populi sui.** Nō itaq̄ dedi
nūtur esse hūilia capita excelsorū sub dextera
domini. Quis em̄ collocetur fidelis dñi
ce pecunie dispensator cū principibus po
puli dei: q̄uis sessurus sit in duodecim se
dibus: z angelos quoq̄ iudicatur⁹: a ter
ra tamen inops erigitur: z de stercore pau
per exaltatur. An forte nō est exaltat⁹ de
stercore qui seruebat desiderijs z volupta
tibus varijs: Sed forte cū ista iaz diceret:
nō erat inops: nō erat pauper. Quid ergo
adhuc ingemiscit grauatus: habitaculum

Alia lfa
† Suscitāa.
† erigens.

quod de celo est superindui cupiens: Cur ne forte se extollat colaphizat: et subdit angelo sathane stimulo carnis sue: Altus est quod dem habitate in se domino: et habes eum spiritum qui scrutatur omnia: etiam altitudines dei. Itaque in celo est: sed in celo dominus humilia respicit. Quid ergo fratres: Si iam audiuimus humilia que in celo sunt exaltata de stercore ut cum populi collocarentur principibus: nihil ne persequeretur audiuimus de humilibus que in terra respicit dominus: Pauciores enim sunt illi amici iudicaturi cum domino: plures autem isti quos recipiunt in tabernacula eterna. Quis enim tota frumenti massa in comparatione seculi palee paucos habere videat: per se tamen considerata copiosa est. Multi enim filii deserte magis quam ei qui habet virum. Multi filii eius per gratiam quam in se nequitie conceperunt: quam ei qui ab ineunte etate legit vinculo maritata est. Et ego quidem dico in senectute percipit: et intues Sarā matrem nostrā in vno Isaac per omnes gentes matrem fidelium: Que autem persona est apud Esaiam videte: quasi omnino non matris: nec eius qui peperit aliquem: et tamen quod ei dicit: Dicent inquit in auribus tuis filii tui quos amiseras: angustia nobis est in illo loco. Facite itaque nobis et nunc locum in quo commoremur. Tu vero dices in corde tuo: Quis gnauit mihi istos cum sciam me esse sine filiis et viduam: Quis ergo istos educavit mihi: Ego enim derelicta fui sola: hi autem mihi ubi erant: Et ea ergo parte ista dicit ecclesia: qua videtur nihil parere in ista turba que non dimiserunt omnia sua ut sequerentur dominum: et sederent super duodecim thronos. Sed quia multi in eadem turba facientes sibi amicos de mamona iniquitatis per opera misericordie ad dexteram stabunt: Non solum ergo erigit de stercore quem collocet cum principibus populi sui: Sed etiam **Habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum letate.** Qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra: semine Abrahā sicut stellas celi sanctitate sublimem in supernis sedibus collocatam: et sicut harenam in ora maris misericordem: atque innumeram multitudinem a sinistris fluctibus atque amaritudine impia segregatam.

Alia fra. t. eu.

Explicit Tract. de ps. CXII.

Incipit Tract. de ps. CXIII.

Sermo primus: de prima parte psalmi.

Prefatio.

Legimus quidem notissimumque retinemus dilectissimi fratres: quod narrat in libro Exodi: populum israel liberatum ab iniuria dominationis egyptiorum in fluctibus

maris transisse per siccum: iordanemque fluvium cum per eum in terram promissionis intraret tactum pedibus sacerdotum arcam domini portatum stetit de super infrenato lapsu: ab inferiore autem parte defluxit que currebat in mare: donec in sicco stantibus sacerdotibus transiret populus uniuersus. Nouimus huiusmodi nec tamen arbitrari nos oportet in hoc psalmo: cui nunc Alleluia pronuntiata cantatoque respondimus: id agere spiritum sanctum: ut preterita illa gesta recolentes: nequaquam futura talia cogitemus. Illa enim sicut dicit Apollus in figura contingebat illis: Scripta sunt autem ad correctionem nostram: in quos finis seculorum obuenit. Cum igitur audimus in psalmo.

Propositio eiusdem partis.

Iterum israel de egypto: domus Jacob de populo barbaro. **Facta est iudea sacrificatio eius: israel preteritus eius.** **Mare vidit et fugit iordanis puerus est retrosum.** Ne arbitremini nobis narrari preterita: sed potius futura predicari. Quia illa que miracula cum in illo populo fierent: presentia quidem sed non sine futurorum significatio gerebant. Hocque ut ostenderet quod psallendo ista predicabat: eadem se verbis agere quod illis figuris agebant: vno eodemque spiritu operante: et illa facta: et hec dicta sunt: ut id quod in fine seculorum manifestandum reseruabat: figuris rerum atque verborum precurretibus nunciaret: non omnino ea dixit que ibi gesta sunt: sed alia quedam que illic lecta didicimus. Ne vero putaret transacta recolorere: potius quam vetera predicere. Primo enim iordanem ipsum non reuersum esse retrosum: sed stetit legimus ab ea parte que a quo defuper infuebant: cum populus ille transiret. Deinde gestientes motes collesque non legimus: que sic addidit ut etiam omnia ista repeteret. Nam cum dixisset: **Mare vidit et fugit: iordanis puerus est retrosum: cotexuit: Motus gestierunt velut arietes: et colles velut agni ouium.** Eademque rursus interrogat: **Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis quia puerus es retrosum: Motus gestierunt velut arietes: et colles velut agni ouium.** Attendam ergo quid admodum neamur: Quia et illa facta figure nostre fuerunt: et huiusmodi dicta ut nos ipsos recognoscamus hortantur. Si enim gratiam dei que data est nobis firmo corde retinemus: nos sumus israel semine Abrahę: Nobis dicit Apollus: Ergo semine abrahę estis: quia sicut alio loco dicit: Non in circuncisione: sed in proposito deputata est Abrahę si-

Alia fra. t. exultant. t. vt. t. sicut.

Alia fra. t. non habet. t. sicut. t. sicut.